



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

D. Eckivs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

## CONCLVSIO SECVNDA.

consecrationem uult intellectus haberi, aut certe ubi consecrationis mandatum sit datum. Rationem inquam reddere cuilibet petenti Petrus nobis mandat.

### PRAEDICANS BERNEN.

Vnde ad priuata negotia attinet personæ meæ caufa, nisi ad doctorem Eckium, sicut nec ad me pertinent sua negotia. Quod autem uerbum Christi concernit, Hoc facite &c. Hodie ostendi ex Paulo claris suis uerbis, quæ adhuc manent immota. Quare autem hoc disputationis naturæ doctor Eckius tribuit ad scrutandum, in quibus uerbis consecratio fundata est, quæ præcipue suum primum articulum tangit, nihil illa me grauabo iuxta tenorem, dictum & responsionem communum confederatorum mihi datam. Quod autem Christus in sacramento altaris offeratur, adhuc ex claris scripturis non intellexi, maneo apud prius datam responsionem.

### D. ECKIVS.

In Paulo prædicans non reperiet suam nouam glossam, hæc scilicet uerba, Hoc facite &c. ad sumptionem solū indicare, ille lud uerbulū solū non ibi stat. Ideoq; nō recte loquitur quod nondum sit Pauli textus, in quo casu me subiungio uobis gratiosissimis meis nuntijs consulū xij. cantonū, & quatuor præsidentibus. Et quia ad intelligendū præbet, quasi sciscitatio mea non esset sed in naturā disputationis, quare ergo fratres sui in Christo doctor Oecolampadius & Imeli ea lege & conditio ne contra me sunt usi, & ego illis respondi. Questio mea non est contra mandatum dñi oratione nuntiorum consulū, neq; primum articulū præ manibus habeo. Sed quia ipse uerba Christi, Hoc facite, declinare uoluit & uiolētare, quod ad missam non indicent, ex eo nunc scire uellem, si ad consecrationē indicarent. Neq; credo dños meos Bernenses, qui per dei gratiam in unionem uere & recte fidie peruenierunt, sibi hoc in mandatis dedisse contra diuini Petri mandatum. Quare dñe prædicans rationē uestræ spei & fidei reddite, is enim optet debilem

S. iii

## COLLAT I O XXXI.

fidem habeat, qui corā hac tam Christiana & excellenti con-  
gregatione fidem suam profleri nō audet, si autem hoc non  
feceritis, decidet super uos prædicans iudicium Dei. Qui ma-  
le agit, odit lucem, & ad lucem non peruenit, ne arguantur  
opera eius, Iohan*ij*.

### PRAEDICANS BERNEN.

**S**icut me D. Eckius inducit horum uerbōꝝ ratione, Hoc  
facite &c. quod illa solū ad sumptionē seu manducaționē  
extenderim, aliter apud notarios reperiet. Ultra uero gain-  
ducit de D. Oecolampadio & Imeli, siue ut ipsi ad hęc respon-  
deant, quū ambo hic sint præsentes. Tertio inducit me uerba  
Christi inflectere & uiolentare uoluisse, ne supra missam in-  
dissent, id de me adhuc non audiuit. Et quū me uerbis multis  
premat interrogādo, quo me a scđo articulo in primū abdu-  
cat, satis prius dixi, ipse em̄ respondens est. Quūq; super me  
iudicū dei inducit, q; male agit ambulat i tenebris, adhuc ipse  
nō ostēdit me in tenebris ambulare, doctrinā namq; me ad  
deum spero, & ad suū uerbum sufficientem dedi rationem.

### D. ECKIVS.

Domini præceptores præsidētes, quia se prædicans remit  
tit ad notarios, quod hęc uerba, Hoc facite &c. non solū in-  
dicator ad manducaționē, rogo uerba notarioꝝ uideri, & ite-  
rum Christianæ congregatiōni manifestari. Et qm̄ dñs meus  
prædicans mihi respondere nō uult. Rogo uos nobilis fau-  
rabilis & strenue dñe Caspar de Mülinen, uelit uestra stre-  
nuitas dñis uestris & superiorib; hoc intimare, ut illo conſi-  
derēt se a diuisione nouorū prædicantiū præcavere. In nomi-  
ne dñi, quia ad meā quæſtionē respondere non uult, rogo eū  
ſaltē respōdeat quale sacrificiū in antichristi tempib; tribus  
annis cū medio cessabit extra missam, qm̄ de interiori ſacrifi-  
cio & oblatione laudis hodie ostēsum eſt, quod ipsum nō cel-  
ſabit. Et ga hoc Daniel lucide & clare ostēdit, non ſunt necel-  
ſariꝝ alia literaꝝ noui testamenti, etiam fratre ſuo in Christo  
Zwinglio,